RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 80r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



80

manna in deserto. Hoc nimirum intendebant. ut ut eodem in quo pars eorum sine
opere suo panem illum manducauerunt. ut sicut ipse paulo ante de quinque panibus
et duobus piscibus saciauerat quinque milia hominum. ita pasceret eos. atque hoc modo
quasi maxillis manibus cibum quem habebant expleremt concupiscentiam. Cui
dicit. et ero eis quasi exultans uigum super maxillas eorum. et declinauit ad eum ut
uesceret. hic sensus est. Sit ego trahens illos in funiculis adam. in funiculis carita
tis. sic iam dictum est. reprimam atque coercebo illius intemperatam edendi appe
tentiam. per quam primus homo perit. et cui secum exemplum eius minui sunt
dedit. dicendo illis. operamini non cibum qui perit. sed certa huiusmodi. Sit enim ego
sum panis uiuus qui de celo descendi. quo nimirum descensu declinaui ad eum
ut uesceret. atque uescendo pane hoc uiueret quisque in fide et obedientia. bene
operans in fidelitate. atque in obedientiam cupet insemet ipso euadere. per quam
primo parente. male comedente fuerat mortuus. Sequitur. Non reuertetur in terra
egipti. et assur ipse rex eius. quo noluerunt conuerti. Cepit gladius in ciuitatibus
eius. et consumet electos electos eius. et comedet capita eorum. et pleris mis
pendebit ad reditum meum. Iugum autem imponet eis simul quod non auferet.
Quando ut supra dictum est in brachiis suis puerum illum portabat dominus per deserti. et
panem. i. manna dabat illi. uinum et uuuifica panis figuratiuum. tunc multo
ciens murmurando contendebant. dicendo. constituamus nobis ducem. et reu
tamur in egiptum. Quando autem ipse per semetipsum declinauit ad eum ut
uesceret. quando se descendisse de celo testatur est panis uiuus ut qui manduca
uerit ex eo non moriatur. eo tempore. non erat tumultus iste in populo. ut constitu
ens sibi ducem in egiptum reuertere. qui immo in ciuitate. i. templo illo plurimum
glabat. si; michilominus ipse assur. i. diabolus rex eius est. Quare. Quoniam noluerit
inquit conuerti. si; subaudit ut uescerent pane illo. qui ut iam dictum est. declina
uit. i. qui de celo descendit ad hoc ut uesceret operari quisque opus dei. Quid autem
reuera rex eius ex tunc fit assur. i. diabolus. per eo qui regem suum. regem iusticie et
principem pacis negauit. et blasphemauit. et ad eum noluit conuerti. claruit ex sub
sequentibus. Cepit enim inquit gladius in ciuitatibus eius. uidel' quando pleris ille a
romano exercitu circumdatus est. Miro namque modo antequam hostilibus machinis mu
ri deforis pulsarentur. intus seditiosorum gladius innumera miserabilium ciuium corpa
nechabant. sicut multa et cunctis scilicet puulgata ierosolimitani excidii tragedia
iosepho describente testatur. Recte quoque et ueraciter dictum. cepit gladius in ciuitatibus
eius. quia pri uastauit eos intus gladius. quam pauor foris ex hostium presentia
clausis incutiebat. Quod sequitur. dicens. et consumet electos eius. et comedet capita